



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Codex diplomaticus Brandenburgensis

Sammlung der Urkunden, Chroniken und sonstigen Quellenschriften für
die Geschichte der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

Supplementband und Schluß des ganzen Werkes bis auf die Register

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1865

XLII. Der Erzbischof Peter von Madgeburg ertheilt Ablass zur Fortsetzung
des Baues der Petrikirche, am 22. Juli 1379.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55834](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55834)

XL. König Wenzel bestätigt, als Markgraf von Brandenburg, die Rechte der Städte Berlin und Köln, am 27. August 1373.

Wir Wenzla, von gots gnaden Kunig zu Beheim, Marggraff zu Brandenburg vnd Herzog in Slezien, Bekennen vnd tun kunt offenlichen mit diesem Brieff etc. (Es folgt wörtlich der Bestätigungsbrief Kaiser Karls vom 27. August 1373.) Mit Vrkund diez Brieff versigelt mit vnser Maiestat Infigel, der geben ist zu Strausperg, nach Cristi geburt drewzenhundert Jar, darnach in dem drew vnd Sibenzigsten Jhar, an sand Ruffy, vnfers Kunigreiches in dem Eilfften Jare.

Nach dem Orig. des Berliner Stadt-Archives No. 41.

XLI. Markgraf Sigismund bestätigt die Privilegien und Rechte der Städte Berlin und Köln, am 6. August 1378.

Wir Sigismund, van gots gnaden Marggrave zu Brandenburg vnd des heiligen Romischen Riches obirster Kamerer, Bekennen vnd tun kunt mit diesem brieff allen den, die in sehen oder horen lesen, daz wir vnfern Burgern der stete zu Berlin vnd zu Kolne, die nu syn vnd noch zukommende sein, vnfern lieben getreuen, beuestent vnd bestetiget haben, beuesten vnd bestetigen yn mit diesem brief alle yre frieheit, alle ire Rechtekeit vnd alle ire alde gewonheit etc. (wie oben) Berlin, nach Cristes geburt in dem drizehnhunderten Jare, darnach in dem acht vnd siebenzigsten Jare, an sente Sixti tage.

Nach dem Orig. im Berliner Stadt-Archive No. 45.

XLII. Der Erzbischof Peter von Magdeburg ertheilt Ablass zur Fortsetzung des Baues der Petrifirche, am 22. Juli 1379.

Nos Petrus, Dei et Apostolice sedis gratia sancte Magdeburgensis Ecclesie Archiepiscopus, univrsis et singulis Christifidelibus, salutem, sinceram in Domino caritatem —. Certum hinc est, quod Ecclesia Parochialis Sancti Nicolai in Berlin, in structuris et diversis ornamentis magnum defectum patiatur, et vicini ipsis novum chorum ibidem fundaverint et erexerint, quem tamen propter notoricam suam inopiam sine fidelium Eleemosynis, minime valeant adimplere; cupientes igitur Christi fideles, quibusdam allectivis muneribus, videlicet indulgentiis et remissionibus peccatorum ad pietatis opera incitare, ut deinde Divine gratie reddantes aptiores, Omnibus igitur vere penitentibus, con-

fesis et contritis, qui dicte Ecclesie Parochiali ad structuram, luminaria, seu quecunque alia ipsius ornamenta elemofynas dederint, et de facultatibus a Deo sibi concessis manus porrexerint adjutrices, et in festivitibus infra scriptis, videlicet Domini Nativitatis, Epiphanie, Resurrectionis, Ascensionis, Pentecostes, ac Beate Marie Virginis Purificationis, Annunciationis, Assumptionis, Nativitatis, Conceptionis, Beatorum Apostolorum Petri, Pauli et Jacobi, sancti Johannis Baptiste, Mauriti, et sociorum ejus Martini, Nicolai, et Beatorum Virginum Catharine, Margarethe et Agnetis, Beate Marie Magdalene et in festo omnium sanctorum ac dedicatione Ecclesie predicte, et per dictarum festivitatum octavas causa devotionis, peregrinationis vel orationis dictam Ecclesiam visitaverint, conjunctim cecinerint, in infirmorum visitationibus corpus Dominicum, aut sacram unctionem cum devotione secuti fuerint et infra antiphonam salve Regina presentes fuerint, ac Angelicam salutationem ad Campanam, que dicitur Ave Maria, cum devotione dixerint, de Omnipotentis Dei Misericordia et Beatorum Petri et Pauli Apostolorum ejus suffragiis firmiter confisi, quadraginta dies Dominicallium, unum annum venalium, et unam Karenam indulgentiarum de injunctis sibi penitentiis, misericorditer in Domino relaxamus, perpetuis temporibus duraturis. Datum K lne prope Berlin, Anno Dni, M^{mo}. CCC^{mo}. LXX^{mo}. nono, ipse die sancte Marie Magdalene, nostro appenso sub sigillo.

Reinbeck's Petrifirche S. 41. K stler a. a. D. I, 223.

XLIII. Der Cardinal Mileus ertheilt Allen Ublaf, welche zum Wiederaufbau der abgebrannten Marienkirche oder zur Besoldung ihrer Diener beitragen w rden, am 24. October 1380.

Mileus miseratione divina et sancte Praxedis Presbyter Cardinalis, ad infra scripta Apostolica auctoritate suffultus, Vniverfis Christifidelibus, presentes literas inspecturis, salutem in Domino. Quoniam, ut ait Apostolus, omnes stabimus ante Tribunal Christi, accepturi prout in corpore gesimus, sive bonum sive malum fuerit, oportet igitur nos diem messionis extreme misericordie operibus prevenire et eternorum intuitu seminare in terris, quod reddente Domino, cum multiplicato fructu recolligere debeamus in celis, firmam spem fiduciamque tenentes, Quoniam qui parce seminant, parce etiam metent, et qui seminant in benedictionibus, de benedictionibus metent vitam eternam. Cum igitur Ecclesia Parochialis beate Marie Virginis in antiqua Berlin Brandenburgensis Diocesis, prout accepimus, per ignis combustionem miserabiliter sit combusta, ad cujus reformationem et reedificationem non suppetunt facultates, sintque Christifidelium suffragia necessaria et etiam oportuna; Vniversitatem vestram rogamus, monemus et hortamur attente, vobis Auctoritate Apostolica, qua fungimur in hac parte, in remissionem peccatorum injungentes, quoties attendentes proinde, quod inter holocausta virtutum illud Deo acceptabilius redditur, quod de pinguedine caritatis offertur, de bonis nobis a Deo collatis, dicte Ecclesie beate Marie Virginis, seu ejus nunciis, pias, ad hec elemofynas et grata caritatis subsidia erogetis, ut per subvectionem vestram, dicta Ecclesia beate Virginis condecener valeat reformari et reedificari et vos per hec et alia bona, que Domino inspirante feceritis, ad eterna possitis gaudia pervenire. Nos enim de Omnipotentis Dei misericordia, et beatorum Petri et Pauli Apostolorum ejus meritis et auctoritate predicta confisi, omnibus vere peniten-